

8

TRACTATIO  
JVRIS PVBLICI  
DE  
**INDIGENATV  
POLONORVM**

EX JVRE PVBLICO  
POLONICO  
DEDVCTA

AB  
**ANDREA SCHOTTO,**  
AG. DANT.

---

*DANTISCI,*

---

APVD GEORGIVM MARCVM KNOCHIVM.

---

MDCCXXXIIX. V.

E. XXVII 258

ILLVSTRI,  
PERMAGNIFICO, GENEROSO,  
MAXIMEQVE STRENO  
DOMINO,

DOMINO  
JOANNI WAHL,

S. R. M. POL. BVRGGGRABIO  
GRAVISSIMO ,  
PRO - CONSULI REIPVBL. GEDAN.  
VIGILANTISSIMO ,

ET  
ADMINISTRATORI PENINSVLÆ  
HELENSIS SOLERTISSIMO ,

MÆCENATI ATQVE PATRONO  
SVBMISSO ET OBSEQVIOSO CVLTV  
DEVENERANDO.

NEC NON  
PRÆ-NOBILISSIMIS, PRÆCLARISSIMIS,  
AC HONORATISSIMIS DOMINIS;

DOMINO  
**JOANNI DANIELI**  
**SCHMIDT,**

ANTISTITI AD ÆDEM D. MARIE FIDELISSIMO,  
QUARTARVM MAGISTRO SPECTATISSIMO.

DOMINO  
**HENRICO ZERNECKE,**

AD ÆDEM S. SALVATORIS ET AD XENODOCHIVM  
S. GERTRUDIS ANTISTITI LONGE MERITISSIMO,  
TERTII ORDINIS MEMBRO DIGNISSIMO.

ET  
DOMINO

**NATHANAELE THEO-**  
**PHILO ZVTHER,**

MERCATORI PRÆSTANTISSIMO, INDVSTRIAM CVM  
ERVDITIONE COMBINANTI.

FAVTORIBVS ATQVE AMICIS SVSPICIENDIS  
ET ÆSTVMATISSIMIS-

ILLV-

ILLVSTRIS,  
PER-MAGNIFICE, GENEROSE MAXIMEQVE  
STRENVE DOMINE;  
MÆCENAS ATQVE PATRONE SVBMISSO  
CVLTV DEVENERANDE.

NEC NON  
PRÆ-NOBILISSIMI, PRÆ-CLARISSIMI ATQVE  
HONORATISSIMI DOMINI,  
FAVTORES ET AMICI ÆSTVMATISSIMI.

M ultis hactenus occasionibus calamum mihi porridentibus, cul-  
pabilis filui. Silentium jam post reditum *Tuum*, VIR PER-  
MAGNIFICE, in Patriam, eum *Consul Patriæ Bonum* apud  
Exteros promovere satagens abires, *Pro-Consul* sorte com-  
muni feliciter stabilita redires, interrumpendum erat. Ast rumpere  
tunc temporis virium imbecillitas vetabat. Obstabat eadem in Gaudiis  
duplicis (rarum Exemplum!) Hymenæi, felicem Familiarum Splendidissi-  
marum Conjunctionem producentis. Continebat etiam officii mei ar-  
dorem, cum Dignitas Burggrabiatus *Tibi*, VIR ILLVSTRIS, hoc Anno  
prima vice oblata novum decus accederet. Hæc tamen imbecillitas  
obligationis meæ ponderi nunc cedit, cum nova in Familia Tua Gau-  
dia appropinquant. Indigenatus materiam obligationis atque lœtitiae  
meæ elegi interpretem. Merita *Tua*, VIR GENEROSE, adeo singulo-  
rum admirationem dudum excitarunt, ut *Tibi* non Indigenatum, sed *Te*  
Indigenatui, jam olim in Clarissimis Majoribus impetrato, decori esse  
omnes consentiant. Consensum communem *Tue* Modestiaæ publice ut

significem, PATRONE *submisso cultu de venerande*, mihi Clienti Tuo per-  
mittes, opellæque hujus Dedicationem serena fronte excipes. Si mo-  
destiam Tuam duntaxat consuluissim, silendum mihi fuisset. Ast frustra  
silerem, cum Pietatis, Prudentiæ, Justitiae verum & Nobile Exemplar  
apud omnes audias. Per virtutem nobilitari, laudi est; Nobilitatem  
cum Virtute conjugere, laudem superat. Laudem Te, VIR PER-MA-  
GNIFICE, superare nemo negabit. Non solum PATRIS PATRIÆ  
Curis indefessus defungeris; verum etiam *Patrisfamilias* partes, Educa-  
tionem omnibus numeris absolutam & perfectissimam præbens, sollicitus  
exples. Non Nobilitatem sed Virtutem inculcas, ipse viva Virtutis ima-  
go. Octo Liberorum vivorum Pater, Duorum Nepotum Avus es feli-  
cissimus. Felicitatem Tuam Filius natu Maximus, Operarum Tuarum  
in publico AMPLISSIMI SENATVS confessu testis oculatus, Secretarii  
munere solertissime defungens, Paternarum Virtutum Hæres, Fautor &  
Amicus meus Honoratissimus facit. Confirmat eandem Filius alter bona  
Spei Juvenis; magis adhuc confirmabit, si fructum laborum, haec tenus in  
Athenæo Nostro alacriter susceptorum, uberrimum ex Academiis exhibe-  
bere poterit. Auget Filiarum Duarum consummata, Tertiæ imminens  
Conjunctio, quarum priores Amoris Conjugalis & Vnionis svavissimæ  
Pignora jam exhibit, posterior thalamo desponsa, inconcussæ prospe-  
ritatis non interruptos successus promittit: Omnes vero invidendam  
Maritorum & Sponsi sortem reddunt. Perficit reliquarum Trium Na-  
tarum, Educationi perfectissime respondens obedientia, & annos supe-  
rans prudentia. O felicissimum itaque Patrem! Felicissimam horum  
Liberorum, admirationem omnium excitantium, Matrem! Veniam da-  
bis, DOMINE PER - MAGNIFICE, Exclamationi, quam calamo,  
animi mei testi, subducere nolui. Nescio, an major Tua sit Felicitas,  
quod sollicitus PATER PATRIÆ audias, quam quod fortunatus PA-  
TERFAMILIAS appelliteris. Gaude de utraque per longam annorum  
seriem. DEVS, Patriæ Defensor, Familiaæ Tutor de Incolumitate Tua  
inconcessa optime videbit atque curabit. Si Clientum Vota non suffi-  
cient, tot certe Liberorum, in non fucata pietate educatorum Gemitus  
Cœlum reserabunt, & Generorum, Te non Socerum, sed Patrem vene-  
rantium Suspiria Nestoreos Tibi Annoꝝ a DEO T. O. M. exorabunt.

Vestro-

Vestrorum sane, Fautores & Amici astutissimi, Admirandi Patris Filii Egregii, Animorum excellentes qualitates dicta mea roborant. Anniis, video. Nec aliud sperare licebat. Gratias nihilominus de eo ago, quod spem meam fulciatis. Filios Vos nominavi, cum Filialis Vester Amor Generorum titulo vix debite exprimatur. Hie enim Amor me movit, ut ad Latus Patris Dilectissimi Vos in hacce opella levidensis Dedicatione collocaverim. Conjunxi eos, quos solleme mox tempus coniungeret. Conjunxi, quos vineulum indissolubile Matrimonii in unam collegit Familiam. Coniunctos Vos tamen ut in votorum oblatione ad Momentum separem, officiorum meorum poscit Nexus.

Tibi itaque, Prae-Nobilissime Domine SCHMIDT, ut PATRIS, quem mutato nomine non affectu per Thalamum Tibi suscitasti; MATRIS, quam veneratione & cultu Filiali revereris; FRATRVM, quorum Alterum CONSVLTISSIMI DICASTERII Membrum Amplissimum, Alterum TERTII ORDINIS Membrum diligis; CONJVGIS tandem, quam cum Filiolo tenero Affectu prosequeris, perpetuum Gaudium & sempiternum delicium permaneas, adopto, atque Favoris Amicitiaeque Tuae continuationem sollicito.

Tibi, Prae-Nobilissime Domine ZERNECKE, Amicorum Ocelle, quid voveam? cum animum meum Tibi devinctissimum, verbis equidem excogitandis, nullatenus tamen precibus pro Te fundendis defatigari posse scias. Omnia fausta, omnia prospera Tibi appreco: & ne officii mei obliviouscar, PARENTIBVS Tuis Per-Magnificis, quorum es Desiderium, CONJVGII Dilectissimae, cuius delicias Te voco, Filiolo, quem majorem natu Spes nominare jubet, quævis felicia brevissimis voveo.

Adjunxi Te, Prae-Nobilissime Domine ZVTHER, iis, quos Sponsalia exoptata Tibi jam junxerunt. Consummationem dies mox perficiet Nuptiarum solemnis. De ea, Sponse Latissime & Felicissime, cum Leges Carmine Tibi gratulari vetent, amicitiae meæ publicum intermittere nolui testimonium. Læto Tibi omnia exoptatos ominantur Successus, Nunquam relictorum Apollinis Castrorum Te pœnitabit, Conjugem acci-

accipis Educationis & Prudentiae WAHLIANÆ Documentum. Vivas  
igitur, & Originis hujus Gaudia longa feras ! Vivas, & quem PATREM  
nunc veneraris, BENEFACTOREM Tuum in omne ævum colas ! Coles  
certe, & in hoc iis, quibuscum Te conjunxi, felix existes æmulus. Æmu-  
labor Vos omnes & ego, Integræ Splendidissime WAHLIANÆ Familiae  
Cultor devotissimus in præsentiarum Titulum mihi vendicans

ILLVSTRIS, PER-MAGNIFICE, GENEROSE, MA-  
XIMEQVE STRENVE DOMINE :

MÆCENAS ATQVE PATRONE SVBMISSO  
CVLTV DEVENERANDE ;

NEC NON

PRÆ NOBILISSIMI, PRÆCLARISSIMI ATQVE  
HONORATISSIMI DOMINI,

FAVTORES ET AMICI ÆSTVMATISSIMI

Dantisci Pr. Calend. Novembr,  
A. O. R. MDCCXXXIX.

Clientis & Servi Vestri humillimi atque  
devinctissimi

Andr. Schott,

Ag. Dant.

DE



# DE INDIGENATV POLONORVM.

## §. I.

**P**rærogativæ, quibus in Polonia Nobilitas gaudet, insignes sunt. Fluunt eadem primario ex æqualitate, quales, quæ tanta est, ut minimus Nobilium ad Regium adspiret Diadema, tanta, ut Consiliorum, Conventuum atque Comitiorum publicorum eventus aut fortunatus Reipublicæ, aut fatalis unius publica contradictione fiat. Felicem an infelicem hanc Regni sortem Jure dixeris, genuini Patriæ Filii dudum indagabant. Non omnibus eadem arridet opinio. Splendor certe talium prærogativarum alienigenas & exterios quoque movit, ut Nobilitati Polonicæ adteri ambiunt. Scribi, summum judicarent ornamentum. Nec obstabat æqualitas; cum in ipso splendidorum titu-

A

lorum

lorum contemptu aliquid jucunditatis latere vide-  
retur. Libertatis enim radiis, atque Nobilitatis  
lux gloria omnia, quæ in aliorum oculis fulgida  
censentur, facilimè obtusari existimabant Poloni.  
Non solum olim in Regno erat unus qui renuncia-  
bat honori domestico, dignitati Senatoriæ, ut fieret  
**Nuncius**; 1) parique ratione **JOANNES ZA-**  
**MOYSCIVS**, titulum **Ducis** & honorem aurei  
velleris à Legato Regis Hispaniæ sibi oblatum recu-  
fans, decus peregrinum evitabat; 2) Véium &  
extra Regnum, cum Viennæ Imperator **MAXIMI-**  
**LIANVS** Polonis, **SIGISMVNDS** Regem co-  
mitantibus, **Ducales**, Comitumque offerret titulos,  
conclusum, suorum Regum Majestati demum iri,  
aut quoddam Ius alieno Principi in Polonos concedi,  
à quo novos honores posse sibi conferri, acceptan-<sup>o</sup>  
testarentur; imo liberæ nobilitati injuriam fieri, qua  
magnis titulis par esset. Responsum itaque: Polonos  
gratias habere Cæsareæ Majestati pro eo animo, quod  
sibi offerret, qua dignissima dari posse secum pensaret.  
Ceterum nobilitate patriæ contentos se velle vivere.  
&c. 3) Hujus æqualitatis ea etiam cura habeba-  
tur, ut omnes tituli extranei, per nonnullos Con-  
stitu-

---

1) v. **JOH. BOTERI** Descriptio Poloniæ in Republ. Po-  
lon. Anni 1627. p. 410.

2) **HARTKNOCH** in Rep. Polonica Lib. II. c. 5. §. 9.  
p. 608.

3) **FREDKO** in Gestis Populi Poloni sub Henrico R. p.  
74. — 76.

stitutionum articulos<sup>4)</sup> ex quarentur, atque cum insignibus sub pena perpetuae infamiae tollerentur: Et cum in Constitutione M. D. L. 5) Anno 1690. minoris Nobilitatis per distinctionem mentio insiceretur, hujus emendatio postea Anno 1699. subsequebatur, ac vox illa in perpetuum tollebatur, cum in aequalitate major minorve non existaret. 6) Præmium itaque erat, si Nobilitati Polonicae adscribantur extranei. Admissi ad hanc & fuit In- aequalitatem Indigenarum nomine veniebant, prærogativa ipsa autem Indigenatus audiebat. De isto Polonorum Indigenatu, cum hactenus pauca prodierunt; materia hæc ulteriori nobis pervestigatione digna visa. Extant equidem duæ Dissertationes, altera Car. Frid. Lau, J. V. D. Regiomonti, altera Joh. Theoph. Meisteri Lipsiæ, de Indigenatu Poloniae habitæ, quarum utraque in Dni HOPPII, Primi ad Ædem D. Mariæ Diaconi, Schediasmate de Scriptoribus Pol. & Pruss. 7) allegatur. Ratione primæ Dissertationis notamus, per errorem typi Annum 1645. pro 1685. irrepisse, cum juxta Illustratam Prussi-

A 2

am

- 
- 4) Const. 1638. Art. O Tytułach Cudzoziemskich f. 9.
  - 5.) Const. 1641. Art. O Tytułach f. 9. Const. 1673. Art. Cudzoziemskich Tytułów Abrogatio. f. 28.
  - 5.) Const. 1690. Art. Podymne W. X. L. y czaś wniesienia. f. 3.
  - 6) Const. 1699. Art. Zniesienie Słowa contra aequalitatem. f. 69.
  - 7) In Dlugossi edit. Lips. col. 117.

am 8) hoc tempore Professionem extraordinariam Præses haberet, non illo. Ast tale mendum cum cæteris, si aliqua reperiuntur, facile compensatur egregio ordine, atque solertissima Autorum in citato Schediasmate collectione. Hanc Dissert. videre non licuit. Secundam ex gratiosa communicatione Dni VALENTINI SCHLIEFF, *Conjulis dignissimi, Patroni nostri devenerandi post finitos labores inspeximus, neque in eadem causam, cur publicatione eorum supersederemus, reperimus.* Num rectè judicaverimus, collatio tractationis affectibus non indulgentem Lectorem

*Indigenatus Polonorum differe ab Indigenatu Prussorum.* optime edocebit. Prius autem, quam ipsam tractationem ordiamur, monemus, Indigenas Polonorum non etiam haberi pro Indigenis in Prussia. Prussi enim Cruciferorum intolerabile excutientes jugum, Polonorum Regis atque Coronæ protectionem, reservatis suis Juribus, Privilegiis & Prærogativis eligebant. Non infimum inter ea locum habebat Jus Indigenatus, quod licet non tantum per cuniculos, verum etiam aperte quandoque debilitaretur, nihilominus non omne hodierna quoque die ejus evanuit vestigium. Evanuisset certotum, si cum reliquis Poloniæ Provinciis Incorporationem Anno 1569. Lublini factam sine ulla contradictione Prussi assumpsissent. Nam Juris huic & Privilegio quamplurimum facto verbisque derogatum fuisse per Polonos, exempla sequentium

um temporum docent, cum interea suspiria atque querelæ, imo justæ contradictiones Privilegii læsionem subinde demonstrarent. Occupavit hinc Seculo proxime elapso ista materia nonnullos; Occupavit eadem hoc quoque Seculo industriam Vi-ri erudit. 9) Omnes Prussici Indigenatus eminentiæ publicis scriptis ventilandæ operam dabant. Operam non ad amissim intentioni Autorum respondentem! cum rationibus, solidissimis licet, facta declinari non possent. Sed hæc ulteriori, si Deus dederit, otio reservamus, Indigenatum in præsentiarum Polonicum duntaxat eviscerantes.

## §. II.

Ut primo statim obtutu tractationis nostræ *Polonorum* apparent limites, definitionem Indigenatus Po- *Indigenatus*  
lonici præmittemus. Est itaque *Prærogativa No-*  
*bili Extraneo in Comitiis sub certis conditionibus tri-*  
*buta, quæ ipsum Jurium Nobilitatis Polonica reddit*  
*participem.* Ex hac definitione prono id alveo  
fluit, quod eos, qui in aliqua ditione Regni Polo-  
niæ nati sunt, & quandoque Indigenæ sive Terrige-  
næ nominantur, huc minimè referamus. Ante  
omnia autem ortum hujus *Prærogativæ*, quantum  
per viam probabilitatis licet, determinare conabi-  
mur. Ad Reges igitur Peregrinos optime initium

A 3

trahi

9) Dni LENGNICHII Tomus I. Hist. Pruss. in tract.  
prælim. §. 50. — 54.

trahi posse existimamus. Cum enim horum latu-  
 tis domesticis prius stipatum fuisse Consiliariis,  
 istos vero ut peregrinos Poloni admittere nollent,  
 medium aliquod excogitandum erat, quod extra-  
 neos per metamorphosin politicam facie indueret  
*Cœpit sub Ludo vico R.* Polonica, ut dignitatibus ita præfici possent. Hoc  
 medium autem invaluit sub LVDOVICO Hungaro. In Pactis enim Anno 1374. Cassoviæ ini-  
 tis 10) id cavebatur, ne Rex Magistratum sive ho-  
 norem ullum perpetuum externo cuiquam conserret,  
 ac ne præfecturam quidem arcis cujusdam aut oppidi,  
 quæ jurisdictionem adjunctam habeat, imo ne indi-  
 genæ quidem illustri Ducum genere orto. Legi  
 huic sine dubio occasionem dederat factum Regi-  
 næ ELISABETHÆ, quæ ante biennium Prædi-  
 slao Goluchovio, Præfectura majoris Poloniae moto  
 Successorem dederat Ottonem Pilecium. Cedebat  
 iste invidia, cum Nobilitas vulgo ejus odio militi-  
 an detrectaret, & præfecturâ se abdicabat, cui  
 Sendivoius Subinius indigena successor datus 11)  
 est. Ponderatis hisce non solum dubio carebit,  
 quod sub LVDOVICO R. Indigenatus ratio  
 habita sit, verum principium ejus etiam ad hæc  
 tempora redigetur. Quod enim ulterius non pro-  
 grediamur, nec ad WENCESLAI tempora or-  
 tum referamus, hoc in causa est, quod Poloni  
 tunc præfectos peregrinos sine contradictione ad-  
 mi-

10) NEVGEBAVER L. IV. Hist. Polon, p. 215.

11) NEVGEBAVER c. l. p. 214.

miserunt. Rex enim WENCESLAVS, ut solidius Regnum ipsius permaneret, Barones Bohemorum locavit, Hinkonem de Duba in Capitaneum Regni Poloniae. Quo substituto Nicolaum Oppaviz Duceum Capitaneum Regni Poloniae in terris Gracoviensibus adjectum. Friczonem vero Slesiatam genere in terris majoris Poloniae & Pomeraniae, Thassam de Vissemburg in terris Cuyaviae. Sicque ordinato Regno Poloniae — in Bohemiam transiit. 12) Licet etiam postea Bohemi mortuo WENCESLAO ejicerentur, hoc tamen inde evenit, quia Polonus Bohemorum satietas & fastidium oppleverat, 13) atque exosa incepérat esse iis horum superbia & avaritia. 14) Nulla equidem indigenatus collati ex iis temporibus mentio produci potest expressa. Verum tunc etiam nondum ad Comitia sola remittebatur.

### §. III.

Pristinis namque temporibus unico Regi In- Olim Rex digenatum extraneis conferre licebat. Cromerus solus confe- id testatur dicens: 15) Conferendi hujus decoris rebat. Potestatem solus habet Princeps. De Nobilitate equidem loquitur, verum haec differentia neminem morabitur, cum Nobilitatis etiam Jura in Indi-

12) MIECHOVIVS L. IV. Chron. Polon. Cap. 2. f. 194.

13) Id. d. l. c. 3. f. 195.

14) NEVGEBAVER Lib. III. p. 176.

15) In Descript. Polon. L. I. p. 102. extat in Rep. Pol. Anni 1627.

digenatu conferantur. Melius adhuc veritas dictorum elucescit ex verbis Constitutionis Anni 1662.: 16) *Siquidem Pater ejus Paulus Cellarius lex Familia Vice Comitum Mediolanensium ortus jam Anno 1593. a Serenissimo Rege SIGISMVNDO III. Indigenatum adeptus est; Ubi satis expresse illa stabiliuntur. Si tamen dubium aliquod supereret, integrum tolletur eo, quod in Schættgenii Pomerania antiqua & nova 17) Diploma Indigenatus, jam Anno 1555. Nobili Schliefforum Familiae datum reperiamus, in quo subscriptio equidem Ordinum Regni legitur, sed consensus Ordinum nulla extat mentio, prouti in recentioribus factum. Successu enim temporis, cum Anno 1578. Nobilitatio ad Comitia traheretur 18) & nullus plebejus ad Nobilitatem, nisi consensus Dominorum Senatorum accederet, accenseretur, Indigenatus etiam idem subibat Fatum, ac paulatim Regi omnis circa Indigenatus collationem potestas Postea ad præscindebatur. Jam Anno 1601., cum Tem- Ordines R-ruk Szymkowic indigenatu a SIGISMVNDO III. gni devolve- R. donaretur, cautela ea subjungebatur, quod in futurum nulli Rex eum collaturus sit, qui in Comitiolis Palatinalibus apud Nobilitatem eundem non am- batur.*

16) Art. Indygenat Pawla y Andrzeia Cellarych. f. 34.

17) Part. IV. p. 479. — 485.

18) Const. 1578. Art. Plebejorum Nobilitatio fol. 334. & Const. 1601. Art. O. Nowey Szlachcie, f. 736.

bierit, neque per Nuntios fuerit commendatus. 19)  
 Nec in eo acquiescebant Nuntii. Anno enim  
 1607. speciali articulo 20) id laniciebatur, quod  
 omnes Indigenatus in Regno E<sup>G</sup> M. D. L., qui re-  
 gnante SIGISMVNDO III. ex Cancellaria Regia  
 sine Ordinum Regni E<sup>G</sup> M. D. L. consensu extraditi,  
 atque Constitutioni Comitali non fuerunt inserti, per-  
 emptoriè in futuris Comitiis, Ordinum ibi congrega-  
 torum cognitioni, atque inquisitioni in cuiuslibet me-  
 rita, sine citatione sub nullitate Privilegiorum subja-  
 cere, ac in posterum nulli sine Consensu Ordinum utri-  
 usque Nationis Indigenatus ex Cancellaria Regia ex-  
 traditi deberent: Extraditi vero valorem non habe-  
 ant. Subsequenti ætate Lex illa non obsolevit.  
 Nam VLADISLAVS IV. Rex Anno 1641.  
 non solum statuit, 21) quod Indigenatus quocun-  
 que praetextu obtenti, qui in volumine Legum post  
 Annū 1607. reperti non fuerint, omni valore desti-  
 tuantur, verum etiam, quod possessiones ejus, qua in  
 Regis Poloniae Dominiis fuerint, pro vacantibus de-  
 clarentur; Bonaque terrestria jure caduco. Bona au-  
 tem Republicæ jure ad vitalitio personis Nobilibus  
 distribui debeant. Pactis postea Conventis MI-  
 CHAELIS I. R., JOANNIS III. R., AV-  
 GVSTI II. R., & moderni Serenissimi AVGV-

B

STI

19) Const. 1601. Art. Temruk. fol. 748.

20) Art. de Indigenatibus. f. 862.

21) Art. O Indygenatach y Nobilitacyach f. 11. conf. et-  
 iam porządek 1669. fol. 13.

STI III. R. id insertum, quod Indigenatum extraneo non commendato conferre nolint. Ad Regalia itaque collatio Indigenatus non numeratur, cum ad integrum spectet Rempublicam. Licet vero id requiratur, quod Constitutioni Comitiali Indigenatus datus inferi debeat, sufficiet tamen, si etiam in generalibus, absque expressa Indigenæ denominatione, id factum fuerit. Experientia nitimur. In Constitutione enim Anni 1650. Privilegium Indigenatus à Rege, Archi-Episcopo Gnesnensi, & Mareschallo Ordinis Equestris subscriptum approbatur, Indigenæ ipsius nulla addita mentione. 22) Nisi ratio temporis dissuaderet, suspicaremur, Privilegium hoc Prussorum Familiam attigisse, cui Anno 1642. Diploma Indigenatus concessum reperimus in Dni ZERNECKII, Pro-Cons. Thorun. Chronico Thoruniensi. 23) Loco citato pars ejus tantum legitur, integrum autem apud eundem Fautorem nostrum summe colendum vidimus. Si de valore Diploma-  
tis quæstio oboriretur, circumstantiæ merito diju-  
dicandæ erunt, scilicet num Indigenatu donatus ad  
evitandam invidiam publicationem impedivit, an  
vero per medium illegitimum Diploma obtinuit.  
Prima tunc valorem non tollet, sed abscondet.  
Præstat tamen, si decus meritorum publicum ex-  
hibet testimonium, & hinc regulariter nomen In-  
digenæ exprimitur.

§. IV.

22) Art. Approbacya pewnych Przywileiow. fol. 8.

23) p. 303. 304.

## §. IV.

Nec sine ratione. Cum enim ambientem *Indigena de-*  
*Indigenatum Nobilitus parentibus ortum esse o- bet esse No-*  
*bilitus.* portet, ex denominatione illa omnis fictionibus  
 & prætentæ Nobilitati præcluditur via. Nam li-  
 tet non multum in usu Jurium a Nobili differat  
*Indigena*, in ipso tamen confessim accessu ad No-  
 bilitatem notabilis inter utrumque differentia de-  
 prehenditur. Nobilitatio plebejum, Indigenatus  
 nobili stemmate satum Nobilibus Polonis adscri-  
 bit. Hinc ab Extraneo, ut Indigenatu dignus  
 censeatur, id desideratur, quod Suam Majorumve  
 Suorum Nobilitatem prius autenticis Documentis  
 probet. Demonstrant hoc in Constitutionibus  
 nonnulla Indigenarum exempla, nimirum *Bari-*  
*ciorum*, 24) *Wilhelmi Orssat*, 25) *Isidori Affay-*  
*ta*, 26) quibus Indigenatus Jura tribuuntur, ex  
 quo Diploma sua *Nobilitatis in finitimiis Dominiis ob-*  
*servatae deduxerunt*. Quibus meritò subjungimus  
 alios, v. g. *Christophorum Huwalt*, 27) *Nicolaum*  
*Constantinum Gisium*, 28) *Claudium Herbinium*,

B 2

Per.

24) Const. 1658. Art. Indygenat Vrodzonych, Stanisla-  
 wa, Woyciecha, Xiedza Jana Baryckow. f. 52.

25) Const. 1659. Art. Indygenat Vrodzonego Gwiłhelma  
 Orssettego. f. 46.

26) Const. 1673. Art. Indygenat Vrodzonemu Izidorowi  
 Affaycie Kapitanowi y Indzinierowi Naszemu. f. 35.

27) Const. 1652. Art. Krzysztofa Houwalta. f. 29.

28) ib. Art. Nikołaja Constantego Gisse. f. 29.

*Perpinianeum, 29) Joannem Magnum Ochap, 30)  
Hieronymumque Pinocium; 31) cum de iisdem  
asseratur, quod sufficientibus Diplomatibus Nobilita-  
tem deduxerint. Iis tamen, circa quos nullum  
oboriri poterat dubium, deductionem Nobilitatis  
minime incubuisse firmiter persuasi sumus. De  
Luca enim Stroyca & Jeremia Mohila Valachis ni-  
hil dicitur, 32) quod deductionem Nobilitatis  
factam vel faciendam supponere posset, quæ vero  
ibi occurruunt, tantum inculcant, quod in patria  
sua splendide nati sint, Et egregius præfuerint mune-  
ribus. Sic etiam de Principe Saxonie Francisco  
Erdmanno prædicatur, 33) quod omnes Europa  
illustres Familias sanguine attingat, ut alia Exem-  
pla taceamus. Maximè itaque probatio Nobilita-  
tis parum notis incumbebat. Apud Polonus ter-  
rigenas hæc equidem probatio juxta Statutum  
Casimirianum 34) locum habebat, quod, qui di-  
cit se Nobilem Et illustrem; Et, cæteris hoc Nobili-  
bus negantibus, afferit je parem, ad probandam sua  
Ge-*

---

29) ib. Art. Claudiusa Herbina z Perpessu. f. 30.

30) Const. 1658. Art. Indygenat Vrodzonego Jana Ma-  
gnusa Ochapa. f. 50.

31) Const. 1662. Art. Indygēnat Vrodzonego Hieronyma  
Pinoćiego. f. 35.

32) Const. 1593. Art. Indigenatus Panow Wołoskich!  
f. 643.

33) Const. 1652. Art. Indygenat Xiążęcia Saskiego. f. 28.

34) Statutum Casimiri M. Visliciensie Anni 1368. apud  
Lascum. f. 16, b.

Genealogia Nobilitatem inducat sex Nobiles, Viros Seniores, duos de sua stirpe genitos, & hi duo jurati dicant, quod sit eorum Frater, & de domo ac stirpe eorum paterna procreatus, de secunda & tertia Genealogia, etiam per duos testes producendo. Verum cum talis probatio alienigenis non nisi perdifficilis esse poterat, siquidem quamplurimi vix unum alterumve Familiae testem producere queunt: Hinc Indigenæ talibus difficultatibus obviam itum, & Indigenæ quomodo Diplomatibus autenticis coram Commissariis ad Nobilitatem hoc denominatis suam Nobilitatem in proximis probant. post collatum Indigenatum Comitiis deducunt. Regnante enim MICHAELE I. statuebatur, quod Indigenæ Nobilitatis in proximis Comitiis facere tene-  
rentur 35) deductionem. Talis autem deductio sine dilata-  
non sine gravissima causa differtur. Ad causas one-  
eiusmodi fonticas Interregnum numeratur; ob  
hoc enim Secretarium Bennett prius impeditum fu-  
isse, postea autem coram Commissariis a Serenissimo  
Rege & integra Republica ad id designatis Nobilita-  
tem suam deduxisse legimus. 36)

### §. V.

Nobilem itaque extraneum illum esse opor- Indigena po-  
tet, qui admittitur ad Indigenatum. Nec differt, test esse illu-  
stris conditi-  
B 3 quod onis.

35) Const. 1673. Art. O Indygenatach y Nobilitacyach.  
f. 40.

36) Const. 1676. Art. Declaratio Indigenatus Vrozone-  
mu Bennetowi. f. 19.

quod dignitate præ reliquis emineat. Illustres enim Familias Nobilitati Polonicæ accensitas esse animadvertisimus. Si numerum speclias, tempus Incorporationis Lublinensis, qua mediante omnes Lithuaniae, atque Russiae Familiae Illustres Regno Poloniæ incorporabantur, maximum suppeditabit. Alia tamen non deficiunt Exempla. Nam Anno 1588. *Andreas Cardinalis & Balthasar Principes Bathorei*, 37) Anno 1652. Princeps Saxonie *Franciscus Erdmannus*, 38) Anno 1676. *Stephanus Palatinus Valachiæ*, 39) Anno 1652. *Joannes Ulricus Comes à Schaffgotsch* 40) & A. 1683. *Franciscus Comes ab Oppersdorff* 41) In etiam in alio- digenatu donabantur. Indigenatus autem colla rum servitiis tione id minime obstabat, quod Personæ illo splen dore condecorandæ aliorum Principum addicte essent servitiis. Licet enim *Oto Baro de Sverin*, *Joannes Overbeck*, & *Laurentius Christophorus Somnitz* Eleætori Brandenburgico à consiliis essent, Indigenatum nihilominus Anno 1658. adipisce bantur: 42) Et Anno 1685. iterum nonnullis Ele-

37) Const. 1588. Art. Indigenatus Panow Bartóych. f. 485.

38) Const. 1652. Art. Indygenat Xięzecia Saskiego. f. 28

39) Const. 1676. Art. Indygenat Wielmožnego Hospo daria Wołoskiego. f. 59.

40) Const. 1652. Art. Jana Vdalryka Szaffgoća. f. 28.

41) Const. 1683. Art. Indygenat Urodzonemu Graffowi Oppersdorffowi. f. 15.

42) Const. 1658. Art. Indygenaty Consiliarzow Kurfirsta JegoMci Brandenburskiego Urodzonych, Ottona Baro na de Schwerin &c.

Electoris Brandenburgici Ministris atque Consilia-  
 riis, nimirum Georgio Baroni de Dærfflinger Cam-  
 pi Mareschallo, Francisco de Meinders Consiliario  
 Status, Ernesto Amadeo de Bærstel Summo Vigili-  
 arum Praefecto, Alberto Christophoro de Wichert  
 Consiliario & Residenti, ac Joanni Georgio de  
 Tritschler idem honor obtingebat. 43) Imo per-  
 vel persona  
 sonæ, Magistratum in locis protectionem Polo-  
 norum agnoscensibus gerentes, quibus Nobilitas  
 competebat, aliquando Indigenatu dignæ judica-  
 bantur. Nullus certe historiam Prussiæ amans  
 ignorabit, jam pristinis temporibus in maximis et-  
 iam bellorum tempestatibus Civitati Nostræ testi-  
 monium fidelitatis dextre exhibitæ nunquam fu-  
 ille denegatum. Probant id Articuli Constituti-  
 onum; 44) probant etiam Privilegia, quibus præ-  
 coeteris frui ipsi datum est. Jam Anno 1457. a  
 CASIMIRO R. rubra ad signandum cera conce-  
 debatur, & insigne Civitatis aurea cruce adhuc  
 ornabatur. 45) Stabat fides post duo etiam Se-  
 cula immota. Nee deerat præmium. JOAN-  
 NES CASIMIRVS enim Rex Poloniæ A. 1657.  
 præcedentiam Gedano largiebatur, 46) quo ta-  
 men jure, & Privilegio, ne Juribus atq; Privilegiis  
 Pruf-

43) Const. 1685. Art. Indygenaty. f. 21.

44) Vchwała A. 1626. Art. Miasła Thoruń y Gdansk f. 5.  
Const. 1628. Art. Miasło Gdansk.

45) Curicke in Descript. Vrb. Dantisc. L. II. c. 30. f. 157.

46) Schröderi Jus publicum Dantisc. MS. L. II, Tit. I.  
Cap. 30.

Prussiæ vel umbra læsionis induceretur, post breve temporis spatium se abdicabat. Cum etiam Civitatibus Prussicis Jus Nobilitatis in possessione Bonorum concessa dudum stabilitum esset, peculiari nihilominus Gratia constantiam, fidem atque operam nonnullorum, ut omnibus Exemplum præberent, compensandam esse, Rex Clementissimus iudicans, Privilegium Indigenatus Anno 1658, Nathanieli Schmieden, Burggrabio, 47) Friderico Ehler, Präside, utriusque Pro-Consuli, 48) & Joanni Wahl, Consuli, 49) eodemque tempore, Joanni, in Magistratum Anno 1661. cooptato, Henrico & Carolo Schwartzwaldiis, 50) quorum Nepotes Dnum JOANNEM WAHLIVM, Pro-Consulem, Dnum JOANNEM CAROLVM SCHWARTZWALDVM vero, Dnum CAROLVM THEOPHILVM EHLER, & Dnum CAROLVM GOTHFREDVM SCHMIEDEN, Consules, Civitatis Nostræ indefessam curam gerentes cordati nobiscum Cives venerabundo animi cultu merito suspiciunt, iisque cum Reliquis publicorum Consiliorum prudentissimis Moderatoribus Vota perpetuæ incolumitatis sacrificant, ex consensu omnium Regni Ordinum confer-

47) Const. 1658. Art. Indigenat Schmieden Burgrabiemu Gdanskiemu. f. 48.

48) Const. eadem. Art. Indigenat Fridrich'a Ehler. f. 48 49.

49) Const. cit. Art. Indigenat Jana Wahla. f. 49.

50) Const. all. Art. Indigenat Vrodzonym Schwartzwaldom. f. 51.

ferebat, Addi poterunt ea, quæ supra 51) de  
Prussorum Indigenatu diximus: JOANNES enim  
PRVSS, Pro-Consul erat Thoruniensis.

## §. VI.

Prouti autem plebeji per Nobilitatem cum Indigenæ fi-  
liberis posterisque suis ad Nobilitatem accensem-unt cum Li-  
tur, ita etiam Indigenatum Nobiles Extranei cum beris.  
Liberis adipiscuntur. Expressum id habemus,  
ne dubium subnasci possit. Zdenko enim Scham-  
bach, 52) Franciscus Erdmannus Saxoniz Princeps, 53) & Comes a Schaffgotsch, 54) cum stir-  
pe ex lumbis procedente creabantur Indigenæ. Ko-  
stenio Jandulae cum tribus filiis expresse hic honor  
tribuitur. 55) Et ne sexus sequior per restrictio-  
nem Privilegii excluderetur, hujus etiam præter  
alios in Indigenatu Joannis Dzibonii, cui cum poste-  
ris utriusque Sexus ille confertur, mentio fit. 56)  
Merito hic notamus errorem, qui in Constitutione Mendum  
Anni 1658. circa Indigenatum Friderici Ehler, Constitutio-  
Pro. Consulis, observatur. 57) Omittuntur ibi-  
dem verba: n̄ z potomstwem Jego calym, cum omni  
Posteritate utriusque sexus, quæ tamen in ipso Indi-  
genatus

C

51) §. IV. in fine.

52) Const. 1633. Art. Indygenat Zdenka Szampacha. f. 58.

53) v. No. 38. 54) v. No. 40.

55) Const. 1638. f. 54. Art. Indygenat Kostena.

56) Const. 1654. Art. Indygenat Dziboniego. f. 20.

57) v. No. 48.

genatus Diplomate leguntur. Non omnes latet,  
 quod triplex hujus Constitutionis extet editio.  
 Cum enim prima in multis locis mutila esset, &  
 altera non uno omissionis mendo scateret, per  
 Constitutionem sequentem 58) utraque cassata,  
 & Mareschallo Nuntiorum Terrestrium, ut aliam  
 substitueret, demandatum. In *Ludolfi* Theatro,  
 59) & *Kochowski* Annalibus 60) corruptæ Con-  
 stitutionis mentionem fieri, ex benevolâ communi-  
 catione laudati Dni ZERNECKII, cuius eruditio-  
 nem fama diu divulgavit, addimus. Vidimus et-  
 iam Constitutionis Exemplar emendatum, in quo  
 omissa supra citata verba leguntur. A diverticulo  
 ad viam. Privilegium Indigenatus adeo liberis fa-  
 vebat, ut admitteret Patri ante Indigenatum con-  
 cessum natos, cuius Exemplum habemus in Filiis  
*Bekessii*. 61) Tantum tamen abest, ut liberi tan-  
 tum hac prærogativa donarentur, ut potius ad li-  
 neam collateralem eadem transmitteretur. De  
 Fratribus sæpius Constitutiones loquuntur. Ex  
 multis Exemplis dabimus novissimum, cum Anno  
 1726. *Francisco & Josepho de Reyna*, quorum pri-  
 mus Generalis Postarum Magister Gedani fuit,  
 con-

---

58) Const. 1659. Art. Constitucye Seymu przeszłego. f. 2.

59) ad Annum 1658. P. III. f. 1010. seq.

60) Climaæter. II. Lib. I. f. 346. seq.

61) Coust. 1593. Deklaracya Indigenatus Panow Bekie-  
 szow, Wladyflawa y Gabryela. f. 643.

funt cum  
fratribus,

conferretur. 62) Per ulteriores itidem Con- cum aliis  
sangvinitatis gradus radii hujus honoris diffunde- agnatis.  
bantur. Nam Anno 1667. Avunculo *Francisci*  
*Delpac, Laurentio,* 63) & Anno 1673. in linea  
descendenti fratrum filiis *Alexandro Joanni, Jaco-*  
*bo, ac Francisco Gisiis* idem honor per specialem  
Constitutionis Articulum obtingebat. 64) Illis  
tamen, qui non exprimebantur in Constitutione,  
pro Indigenis se gerere non licebat; Si enim actio  
contra eosdem instituebatur, adjudicationi & con-  
fiscationi bonorum subjacebant, quod monitum  
invenimus circa irrepentes in Indigenatum Gor-  
donoviis collatum. 65)

### §. VII.

Vt autem inter posteros decoris olim con- Confirmatur  
cessi perpetua conservaretur memoria, Diplomati- per Diplo-  
bus Indigenatus roborabatur. Pristinis ea tem- mata.  
poribus fuisse necessaria, facile concludi poterit,  
cum olim Indigenatus ac Nobilitationes Constitu-  
tionibus non infererentur. Nec recentioribus su-  
perflui aliquid erant. Emendari enim ita poterant  
errores per typum commissi, cuius Exemplum in

C 2

§.

62) Const. 1726. Art. Indygenaty y Nobilitacye Osob od  
Wielmožnych Hetmanow zaleconych.

63) Const. 1667. Art. Deklaracya Constitucyey A. 1662,  
Vrodzonemu Wawrzyncowi Delpacowi Kapitanowi Pie-  
szemu. f. 24.

64) Const. 1673. Art. Indygenat Vrodzonym Gissom. f. 35.

65) Const 1699. Art. O podszywajacych sie do Indygena-  
tow Gordonowskich. f. 57.

§. præced. vidimus, convinci etiam legentes de  
meritis Majorum. Ipsum Diplomatis verbum  
prima vice in Stephani Balli Indigenatu adhibitum  
legimus, 66) Privilegii tamen, quod idem est,  
exhibendi jam Anno 1593. mentio reperitur, 67)  
Ut Essentialia Diplomatū eo clarius illustrentur,  
differentias eorundem adnotabimus. Intra limi-  
tes tamen Patriæ nostræ duntaxat subsistemus.  
Primo itaque ex investigato Diplomatū textu  
notamus, differre in eo antiquiora à recentioribus,  
quod in his Consensus Ordinum Regni, non au-  
tem in illis adducatur. Nam in Diplomate Wah-  
liano legitur: ex plenitudine potestatis Nostræ Regiæ  
Et omnium Regni Nostrī Ordinum assensu; in  
Schwartzwaldiano: accidente omnium Ordinum Re-  
gni unanimi consensu: In Ehleriano vero & Schmie-  
deniano: ex unanimi Senatus Nostrī Et Equestris  
Ordinis assensu. Cum contra in Schlieffiano, A.  
1555. dato, 68) Rex solus loquatur: Damus illis  
præterea omnes eas immunitates, Libertates Et præ-  
rogativas, quibus dotati Et ornati sunt Nobiles  
Regni Nostrī Et c. Secundo observamus in omni-  
bus hisce Diplomatibus, post Regnorum felicita-  
tem ex multitudine Subditorum Sago Togave  
clarorum deductam, meritorum explanationem  
atque enumerationem legi. Hoc essestiale, cum  
respe-

66) Const. 1658. Art. Indygenat Vrozonego Stephana  
Ballusa. f. 47.

67) Const. 1593. Art. Indigenatus Panow Wołoskich. f. 643

68) Schoettgen l. c. p. 482.

respectu allegatorum Diplomatū adhuc hodie  
in Posteris, quos PATRES PATRIÆ veneramur,  
continuetur factis, verbis nullatenus indiget.  
Tertiò memoramus: Nobilitatis deductionem ibi  
occurrere. Et ita in Diplomate Wahliano reperi-  
mus, quod ad vetusti splendoris in hoc Regno (Polo-  
niæ) domus suæ antiquissimæ ornamenta, a qua non  
ita pridem Abavo Gedanum ingredientे & inhabi-  
tante se avulserat, — meruerit, ut sibi debit is Nobili-  
tatis & Indigenatus Regni, in quo & ad quem na-  
tus, beneque meritus extitit, insigniis prospiceretur.  
Swartzwaldiorum autem Generis Nobilitas antiquis-  
sima, & iam ipso Crucigerorum tempore, a trecentis  
vero Annis per terras Prussiæ postmodum, & Roma-  
norum Imperium (uti testimonio Invictissimi olim Cæ-  
sar is CAROLI V. deductum est,) florens dicitur.  
Fridericus Ehler porro e Nobilissimis, optimeque de  
Divis Praedecessoribus atque universa Rep. meritis  
prosapiis Ehlerorum, Brandiforum, Hutfeldiorum,  
Mölnerorum, Connertorum oriundus laudatur. Et  
Nathanael Schmieden iis avis Parentibusque ortus  
refertur, quorum Majores ob insignem Virtutem &  
præclara militaria facinora jam tum a D. FRIDE-  
RICO III. Rom. Imp. in Romani Imp. Nobilitatem  
adscripti. &c. &c. Schlieffis vero Stemmat a & Ima-  
gines ob eorum res gestas, merita atque præclara fa-  
cta jam a Rege Danorum donata tribuuntur. 69)

C 3

Quartò

Quartò monemus, Insigne Indigenatus testimonium, idque manu Artificis pictum, produci. *Wahlianae Familiae Ascia in campo rubro denuo erigitur*: *Schwartzwaldiorum Stemma confirmatur*: *Ehleri & Schmiedenii Stemmatata per vetusta Nobilitatis Polonae & M. D. L. Stemmatibus associantur*: *Schlieffiorum autem Stemma augetur*. Quintò animadvertisimus, iteratam Indigenatus collati, cum poena in non agnoscentes statuenda, declarationem occurrere. Tandem vero hæc omnia expressione temporis, & Ordinum Regni in Comitiis præsentium, qui Diplomati ipsi inseruntur, adjectione, itidem Regis nec non in infima parte Secretarii Subscriptione, & Sigilli Regii Appressione roborantur. Hæc de Diplomatibus.

### §. VIII.

*Per commendatio-*  
*nem*

Ne vero Indigenatus prærogativa facili ad eundem accessu aliquid sui splendoris amitteret, extraneis Indigenatum ambientibus, aliqua media præscripta erant, quibus eos uti oportebat, Talis enim Candidatus in Conventibus Palatinalibus preces Nuntiorum sollicitat, qui eundem in Generalibus Regni Comitiis postea commendant. 70) Hæ autem sollicitationes suo robore non destituuntur. Nam Anno 1607. cum quibusdam Valachis Indigenatus daretur, id propter preces Nuntiorum Ter-

70) Const. 1601. Art. Temruk. f. 748.

Terrestrium factum inculcatur. 71) Præter Nun-  
 tios etiam Exercituum Regni & M. D. L. Præfe- rum Exerci-  
 etis Generalibus facultas alios, quorum merita in tuum,  
 castris & campo cognoverunt, commendandi  
 competit. Qualis commendatio *Wilhelmum Bar-*  
*berium, 72) Sebastianum Necz,* 73) Danielem  
*Olivembergium, 74)* & quamplures, qui in Arti-  
 culis, Indigenatum datum personis per Præfectos  
 Exercituum commendatis exponentibus, 75) oc-  
 currunt, juvabat. Præfectis in Constitutionibus  
 adjungitur Exercitus, cui eadem prærogativa tri-  
 buitur. Per hunc enim Anno 1662. *Carolo*  
*Marsono, & Gregorio Georgio Bersottæ, 76)* nec  
 non Anno 1673. *Adamo Kotovio 77)* Indige-  
 natus procurabatur. Si etiam Personæ Illustres, & Principis  
 quarum precibus non facile aliquid negatur, inter-  
 peregrini. Cessione sua aliquem hoc honore condecorandum fuit Indi-  
 offe. genæ.

- 71) Const. 1607. Art. Indigenatus pewnych obywatelow  
 Wołoskich. f. 857.  
 72) Const. 1607. Art. Indygenat Wilhelma Barberiusza.  
 fol. 851.  
 73) Const. 1601. Art. Approbatia Listu Sebaſtyana Necza.  
 f. 749.  
 74) Const. 1659. Art. Indygenat Daniela Oliwemberka.  
 f. 58.  
 75) v. No. 62.  
 76) Const. 1662. Art. Indygenaty Vrodzonych Karola Mar-  
 sona, Grzegorza Jerzego Bersotego Oberszterleytnan-  
 tow. f. 22.  
 77) Const. 1673. Art. Indygenat Vrodzonego Adama  
 Kotowskiego Sekretarza Naszego. f. 34.

offerebant, tali aditus ad Indigenatum vix præcludebatur. Cum itaque a Sede Apostolica Anno 1662. *Christophorus Masini* commendaretur, *Commendatio hæc S. Patris ALEXANDRI VII.* per Literas apud Ordines Regni facta officiose suscipiebatur, & per collationem Indigenatus ipsi fiebat satis. 78) Sic commendationes aliorum in obtinendo Indigenatu multum valent. Verum ne commendationes in genere admissæ, omnibus spem Indigenatus impetrandi darent, merita personarum commendatarum exprimere oportebat. Atque hæc postea merita in Comitiis Regni sive per Ordines Regni, sive per Commissarios ad id designatos examinabantur. 79)

### §. IX.

*Etiā per propriam commendatiōnem.*

Ex propriis tamen meritis commendatio etiam valida elicitor. Servitia enim Reipublicæ belli pacisve tempore præstata non minimum suppeditant momentum. Justum sane est, ut præmium ad illos redeat, quorum causa potissimum institutum est. Tacebimus nunc hos, quos fortitudo; tacebimus, quos fides erga Rempublicam ad Splendorem Indigenatus promovit, Quamplurima

78) Conſt. 1662. Art. Indygenat Vrodzonemu Krzyſtowowi Mazyniemu, Podkołowemu y Sekretarzowi Naszem. f. 35.

79) Conſt. 1641. Art. O Indygenatach y Nobilitacyach. f. 11.

ma enim horum reperiuntur Exempla, hinc ad specialiora recurremus. Singularis itaque casus ex arcu prae-est, cum Danieli Eiloff Anno 1659. ideo, quod dente debiti-arcem Novogrodensem, cui sub Moscho præfue-<sup>ven</sup>, rat, Polonis dedidisset, Indigenatus donaretur. 80)

Hieronymo Pinocio dexteritas, quam in Legationi-<sup>dexteritate</sup> bus obeundis exhibuerat, Indigenatum acquirebat; in Legatio-

81) Joachimo Pastorio ab Hirtenberg Eruditio, <sup>nibus,</sup> quam in Historia Poloniæ ex monumentis suis il-

lustrata conservanda ostenderat, ad obtinendam

hanc prærogativam adminiculo erat. 82) Mala

etiam Reipublicæ causa tolerata quandoque juva-

bant, si aderant merita alia. Sic Joannes Maria-<sup>vinculis 10.</sup>

nus, quod Reipublicæ castra sequens captivitatem <sup>teratis,</sup>

& vincula Ethnicorum subiisse, Indigena declara-

batur. 83) Nec suo merito defraudandi sunt,

qui Reipublicæ tempore necessitatis vel parata pe-

cunia, vel alio efficaci subsidio adfuerunt. Mili-

tes enim deficiente rerum gerendarum nervo mol-

leculunt, imo pugnare recusant. Agnovit etiam

Respublica studium talium Virorum, datoque In-

digenu exhibitam compensavit promptitudinem.

D

Non

80) Conſt. 1659. Art. Indygenat Vrodzonemu Danielowi Eylofowi. f. 15.

81) Conſt. 1662. Art. Indygenat Vrodzonego Hieronyma Pinoćiego. f. 35.

82) Conſt. cit. Art. Indygenat Vrodzonego Pastorego ab Hirtemberg. f. 36.

83) Conſt. cit. Art. Ingrydenat Vrodzonego Jana Marya- na. f. 37.

*data erit  
summa,*

Non equidem semper Summa pecuniae determinata est, nam de *Bariciis*, 84) de *Tito Livio* atque *Philippo Boratiniiis*, 85) & de *Wilhelmo Orffat* 86) legimus tantum, quod *insignem nummorum Summam thesauro intulerint ac donarint*, ac Indigenatum consecuti sint. Facile tamen divinari licet, non exiguum illam fuisse, præsertim cum *Boratiniorum* opulentia per calculum adquisitorum ex moneta in Polonia cusa inter peritos rei nummariae notissima sit. Cui accedit, quod *Jacobum Bianki* viginti millia florenorum ad publicas expensas obtulisse exprimatur. 87) Præter pecuniam *vel subsidio* tam, alii ex *subsidio militum collecto* sibi meritum *militum de-* conciliarunt. Anno enim 1673. *Adamus Kotowksi* centum Equites bene armatos & vestitos propriis lunitibus hosti objicere, 68) & Anno 1676. *Adamus ac Carolus Magnus Kalkreuteri* quingentos Equites expedire 89) promittebant, quibus promissis Indigenatum obtinebant.

§. X.

84) Conſt. 1658. f. 52. Indygenat Vrodzonych Stanisława, Woyciecha, Xiędza Baryckow. f. 52.

85) ib. Indygenat Vrodzonym Boratinim.

86) Conſt. 1659. Art. Indygenat Vrodzonego Gwilhelma Orſlettego. f. 46.

87) Conſt. 1662. Art. Indygenat Vrodzonego Jacka Biango. f. 37.

88) v. No. 77.

89) Conſt. 1676. Art. Indygenat Vrodzonym Kalkraytem. f. 59.

## §. X.

Si itaque merita non deficiebant, Extranei *Indigenæ* si-  
 Nobiles ex consensu omnium Ordinum Reipubli- *uni ex omni-*  
 cæ, commendatione vel aliorum vel propria acce- *natione, No-*  
 dente ad Indigenatum admittebantur, cujuscun- *biles ha-*  
 que etiam nationis, si ea tantum Nobiles inter se  
 agnoscebat, existerent. Habemus enim Anglos,  
 Germanos, Gallos, Hybernos, Italos, Moschos,  
 Prussos, Silesios, Svecos, Valachos &c. Indigena-  
 tu donatos. Aliquando tamen circumstantiæ non. *Etiam sub*  
 nullæ peculiares restrictiones extorquebant, quæ *conditione*  
 vel in genere Privilegio insertæ dicebantur, vel in  
 specie in Constitutione exprimebantur. Exem- *vel tacita*  
 plum prioris suppeditat Indigenatus *Stroycæ* &  
*Mohilæ*, in quo conditiones, ipsis in Privilegio da-  
 to præscriptæ integræ reservantur. 90) Forte hæ  
 conditiones Palatinatum Moldaviæ attigerunt.  
 Posteriorem casum habemus, cum Principi Saxo- *vel expressa*,  
 niæ *Francisco Erdmanno*, illustri licet genere orto,  
 ea tamen conditio præscriberetur, 91) ut *intra*  
*Sexennium ex peregrinis Regionibus ad Provincias*  
*Reipublicæ demigraret*, quod etiam *Zdenkoni*  
*Schampach*, 92) & *Christophoro Houwalt* 93)  
 mandabatur. Comiti autem à Schaffgotsch trien-  
 nium duntaxat præfigebatur. 94) Majori animad-  
 versione dignum est, quod Anno 1616., cum  
 D 2 Boris

90) v. No. 32.

91) v. No. 38.

92) v. No. 52.

93) v. No. 27.

94) v. No. 40.

*Boris Hrazni Moschus Indigenis accenseretur, hæc limitatio adjiceretur, quod aditus ad dignitates vel officia esset ipsi præclusus.* 95) Forsitan de Fide alienigenæ dubium aliquod hærebat, & anguem in sinu fovere nolebant Poloni. Suspicionem tamen hanc non fundatam fuisse emendatio istius Constitutionis indicat, cum Anno 1638. Præfectura Venationis Novogrodensis ipsi demandaretur, appendix autem prior tolleretur. 96)

### §. XI.

*Indigenis fu-* Restrictionibus istis merito aliud onus, Jura-  
*ramentum* menti præstationem adjicimus. Injungebatur hoc  
*injungitur,* iis etiam, quorum dignitas ad primarias refereba-  
 tur. Hinc Princeps Saxoniae *Franciscus Erdman-*  
*nus,* 97) *Andreas Cardinalis & Frater ejus Bal-*  
*thasar, Bathorei,* 98) *Ludovicus de la Grange,*  
*Marchio d' Arquien,* 99) *Franciscus Comes ab*  
*Oppersdorff,* 100) *Joannes Ulricus Comes à Schaff-*  
*gotsch,* 101) *Lucas Stroyca & Jeremias Mohyla*  
 102) sub ea conditione ad Indigenatum admit-  
 tebantur, ut præstarent Juramentum Fidelitatis.  
 Injun-

95) Const. 1616. Indygenat Vrozonego Borysa Hrazne-  
 go Moskowicina. f. 15.

96) Const. 1638. Art. Deklaracya Indygenatu Borysa  
 Grañego. f. 55.

97) v. No. 38. 98) v. No. 37.

99) Const. 1690. Art. Indygenat Jasnie Wielmoznemu,  
 Margrabi z Arquianu, Hrabi z Malinu. f. 16.

100.) v. No. 41. 101) v. No. 40. 102) v. No. 32.

Injungebatur quoque in genere iis, qui ab Anno 1658. ad Annum 1662. ad hunc honorem per venerant, & speciali articulo ipsis indicabatur, quod terminus præfigi deberet, intra quem tempore proximorum Comitiorum quilibet coram Rege & Ordinibus Regni juramento corporali debitam fidelitatem appromitteret. 103) Eadem admonitio Constitutioni Anni 1673. iterum inserta, & ad omnes Indigenas extensa legitur. 104)  
 Ab hoc autem juramenti onere nec descendentes *Eiam de-*  
 nec Consangvinei *excepiebantur.* *Schampachii* scendentibus  
 enim filio adulto; 105) & *Kosteni* tribus filiis ju-*corum;*  
 ramentum injungebatur. 106) Minorennes ta-*nisi mino-*  
 men ætas excusabat. Hinc Anno 1667. posteri-*rennes.*  
 tas *Aegydiae* Baronis *de Bremer* in integro euidem  
 circa Indigenatum manutenebatur, juramento tam-  
 men ob minorennitatem libera pronunciabatur.  
 107) Nemo itaque dubitabit, quin juramenti  
 præstatio iis, qui adhuc extra Poloniam degebant,  
 vel nullo vinculo Reipublicæ adstricti erant, in-  
 cubuerit: minime autem extendi poterit ad illos,  
 qui fidelitatem suam alii Principi devoverunt. *Juramento*  
*Fidelitatem enim duobus Dominis jurare tempo-*  
*liberi, qui*  
*alii Principi*  
*jurarunt,*

## D 3

rum

103) Const. 1662. Art. O Indygenach przeszlych Sey-  
 mow. f. 38.

104) Const. 1673. Art. O Indygenatach y Nobilitacyach. f. 40

105) v. No. 52. 106) v. No. 55.

107) Const. 1667. Art. Deklaracya præstiti Juramenti VV.  
 Grzegorza Bersotego Obersztera Naszego, y Carola Mar-  
 sona Oberszterleytnanta. f. 70.

rum atque fatorum subsequentium ignorantia prohibet, cum amicos quandoque eadem causa utriusque justa visa disjungat. Hinc etiam circa Indigenatum Consiliariis Electoris Brandenburgici A. 1658. 108) & Anno 1685. 109) donatum nulla juramenti præstandi injicitur mentio. Quapropter non a recto tramite nos aberraturos speramus, si talibus personis juramentum remissum aut Reipubli- statuimus. His vero accensemus alios, qui fidelitatem Regi & Republicæ quotannis jurant, quod blicæ fide ju- rata ad stricti a personis Magistratus quotannis fieri notissimum est. Cum enim duplex Iuramentum abundet, nullatenus, interveniente Indigenatu talibus per- sonis dato, speciale aliquod fidelitatis juramen- tum requiretur.

### §. XII.

*Indigenæ possessionem* Polonorum continerentur, possessionis realis ad-  
sibi adquiri quisitio tandem etiam injungebatur. Ita enim Po-  
re tenentur. loniæ vere incorporabantur, & perpetuum ibi fige-  
bant domicilium. Sine lege loqui erubescimus.  
Adducemus itaque, Indigenis Anni 1658. &  
sequentium temporum præscribebatur, quod præ-  
ter juramentum præstandum possessionem quoque  
realem non fictam habere, atque futuris Comitiis te-  
nere

108) v. No. 42.

109) v. No. 47. 48. 49.

nere deberent; illis vero, qui duobus his postulatis satisfacere aut noluerint aut floccifecerint, quod de facto perpetuis temporibus Indigenatu excludantur, annunciatatur. 110) Et Anno 1673. iterum deductio possessionum injuncta legitur. 111) Huic oneri aliud addimus requisitum, quod non nullis post medium Seculi præteriti additum inventimus. Aliquibus nimirum conditio conservandi Indigenatus Religio erat. Primum Exemplum in Constitutione Anni 1662. occurrit. Tunc Hagenthornio, 112) & Adolpho Mięscio 113) Indigenatus conferebatur, sed sub cautela Religionis. Et cum Anno 1673. 114) atque 1683. 115) quampluribus Indigenatus daretur, idem adjiciebatur. Imo 1726. verbis clarissimis hæc conditio Wilhelmo Mier 116) præposita thesin nostram confirmat. Nullatenus tamen conditio illa ad plures personas extendi poterit, quam quibus in Constitutionibus præfixam reperimus. Nam licet

110) Const. 1662. Art. O Indygenach przeszlych Seymow. f. 18.

111) Const. 1673. Art. O Indygenatach y Nobilitacyach. f. 40.

112) Const. 1662. Art Indygenat Hagenthorna. f. 37.

113) Const. cit. Art. Ihdygenat Mięsickich. f. cit.

114) Const. 1673. Indygenaty od Wielm. Hetmana Wielkiego Koron. y od Woyska Osobom zaleconym. f. 37.

115) Const. 1683. Art. Indygenaty Osobom od Wielomznych Hetmanow y od Woyska zaleconym. f. 16.

116) Const. 1726. Art. Indygenat Vrozonego Wilhelma Miera Generala Majora Naszego.

licet recentiora tempora differentiam religionis magis respiciant, tamen conditio etiam Religionis tantum, adjecta legitur illis, qui aliquam mutationis prius spem dederunt.

### §. XIII.

*Commoda  
Indigena-  
rum:*

Satis hactenus de onere Indigenarum. *Commoda nunc etiam, quibus fruuntur, perlustrabimus.* Optime hæc allegatis Juri- bus, quæ Nobilibus Polonis competunt, cognos- centur. Ista egregia sunt. *Judicante enim Dres- nero 117) Jus perfectissimum Civitatis seu Reipubli- cae Polonæ est, quod consistit in participatione in primis Jurium ejus & Libertatum:* Ne dubium hæreat, pergit, prærogativas Nobilium recensendo, easque dicit esse Suffragiorum ac liberae vocis in Conventi- bus (& publicis & privatis) usum; honorum & di- gnitatum, ac tandem honorum immobilia seu fun- dorum in Republica liberam adquisitionem. Prolixius equidem has Nobilium prærogativas Chwalko- wski, 14. species enumerans, describit, 118) quas solerter & docte explicat Hartknochius, 119) Sed remittimus Lectorem ad hos, cum nobis ad explicanda Indigenatus commoda sufficiet, si tres adductas species, ad quas omnes reliquæ fere reduci poterunt, pertractaverimus, & quantum Juris circa

117) In Instit. Jur. Regni Pol. L. I. tit. 19. p. 51.

118) In Jure publ. Regni Pol. L. I. c. 7. §. 7. p. 157 — 162.

119) In Republ. Polon. L. II. c. 5. §. 13 — 18.

circa easdem Indigenis competit, iudicaverimus. Ut itaque de suffragiis & libera voce initium capiamus, potissimum 1) Suffragia momentum suffragiorum in Electione Regis constituimus, & libera & hanc Indigenis vindicabimus. Nobilitati hoc Jus eli. vox. gendi Regis competitse, & adhucdum competere, dubio caret; De Indigenis autem merito quæritur. Cum enim legamus: 120) ALBERTI Prussiae Duci Oratoribus, apud SIGISMUNDVM I. Regem facultatem eligendi Regis ambientibus, eam fuisse denegatam, ex ratione vero hanc denegationem excusanti edoceamur, quod etiam Dukes Mazoviæ, qui Principes erant Indigenæ Regni, & vetustissimi generis, atque filii Regii Domini naturales Regni Poloniae post obitum Patris neque locum neque vocem eligendi Regis habere potuerint: Imo Magistri etiam Prussiae, qui homagia Regibus & Regno Poloniae præstabant, non solum ut Principes, sed etiam ut Consiliarii Regni, qui pari modo loca in Senatu habebant, hoc ipsum Jus Electionis obtinere non potuerint. Ex hoc fere fundamento nobis objici posset, quod Indigenis omnis Electionis honor admatur. Sed salva res est. Nam in eodem Responso Regio objectionis hujus habetur refutatio. In proxime antecedentibus dicitur: diligenter cautum & observatum esse omni tempore, ne quis alius excellentioris Ordinis præter Consiliarios Regni Jus eligendi Regis haberet. Hic excellentiores Consiliariis, non inferiores excluduntur. Si enim Consiliariis Regni duntaxat facultas Electionis competeteret, omne Jus Nobilitati adimeretur, quod tamen contra Leges publicas 121) pugnat. Id itaque tantum ex responso allegato concludere & cognoscere possumus, quod ipsi metus in-equalitatis ansam dederit, & quod iste Ducibus Mazoviæ suffragiorum facultatem præciderit. Licet etiam ex histo-

E

ria

120) Apud Prilusium in Statut. Regni Pol. f. 784.

121) Const. 1550. f. 3. conf. etiam Suffragia A. 1632.

1648. 1669. seqq.

ria 122) fontem hujus exclusionis discamus fuisse illum, cum LUDOVICVS Rex Præfeturam nulli Extero nec Indigenæ illustri Ducum genere orto conferre promitteret: quam VLADISLAVS JAGELLO causam clarius explicat, statuens A. 1433. 123) quia per Tenucarios castrorum & fortalitiorum alienæ gentis — regnum crebrius periclitari contingere, pro eo & ex eo nulli Ducum & de Ducali genere descendenti aliquod castrum aut civitatem ad regendum se assignaturum. Indigenis tamen hæc omnia obesse nequeunt, cum pro Exteris amplius haberi nequeant, sed quasi incorporati censeantur, prætereaque inæqualitas nunc in Polonia locum nullum habeat. Ne aliquid prætermisisse videamur, adhuc unum adjiciemus, quod objici posset. Jam Anno 1588. Andreae Cardinali Bathoreo in collatione Indigenatus Jus nominandi & inaugrandi Regis 124) interdicebatur. Interdictio hæc autem Suffragiorum libertatem infringere videtur. Hic animadventendum erit, quod semper fere in Polonia Episcopi Purpura Cardinalitia donati Archi-Episcoporum Jura atq; Præcedentiam postulaverint. Tale Desiderium ne Cardinalem Bathoreum caperet, imo ne Primali Dignitate conspicuus gravis esse posset, hæc & per pronam consequentiam Jus illud nominandi & inaugrandi Regis, quod Primiati competit, ipsi in antecessum præcludebatur. Id tamen infraactam Indigenarum circa libera suffragia facultatem nullatenus supponit, cum Anno 1641. Principi Regio Carolo Ferdinando, nato Polono, injungereatur ut Epitcopatu Plocensi contentus viveret, nec ad majora adspiraret. 125) Ex eo potius, quod plus adhuc Cardinali Bathoreo Constitutio

122) Neugebauer L. IV. hist. pol. p. 215.

123) Apud Januszowium in Statutis Regni Lib. III. P. V.  
Tit. 1. §. 6. f. 298.

124) v. No. 37.

125) Const. 1641. Art. Consensu Biskupstwo Płockie. f. 4

luctio largiatur, nimisrum accessum & habilitatem ad quæris Ecclesiastica beneficia & dignitates spirituales, argumentum suffragii libertatem roborans elici posset. Præterea nominatio negata nondum omnem eligendi facultatem tollit, cum nominatio uni, Eleætio multis Senatoribus, & præter hos etiam Nobilitati, atque Indigenis competat. Refutatis itaque objectionibus, quas ex Chwalkowio 126) formari posse judicavimus, Indigenis facultas eligendi Regis eo minus denegabitur, cum etiam novis Nobilibus in Electione novi Regis suffragium quondam concederetur, licet aliqui contrarium tuerentur: 127) imo cum urbi Cracoviæ prærogativa ferendorum in Conventibus Nobilitatis Suffragiorum competit. 128) Et quomodo hæc prærogativa Indigenis excuti potest, cum Nobilibus Polonis accenseantur, atque ad prærogativas & Libertates Status Nobilitaris in Republica per Indigenatum Extranei admittantur, prout fere in omnibus Indigenatum Articulis, Constitutionibus insertis, occurrit. 129) Et cum ita Indigenis libera in Electione Regis suffragia stabilita sunt, idem quoque dicendum erit de libertate Suffragiorum in Conventibus Palatalibus, in Comitiis & in omnibus publicis Consiliis dandis, quæ Indigenæ Dignitate aut Officio ornato eadem ratione competet, qua eam habet Dignitarius vel Officialis Nobilis in Polonia ortus in Judiciis Tribunalitiis, Territorib; Castrensis, &c.

## E 2

## §. XIV.

126) c. 1. p. 158.

127) conf. Hartknoch cit. tr. L. II. c. 1. §. 15. p. 316.

128) Kaptur w Krakowie uchwały Anno 1586. f. 404.  
S. A iż też.

129) Const. 1662. Art. Indygenat Vrozonego Hieronima Pinoćiego. f. 35. &amp;c. &amp;c.

## §. XIV.

2) *Aditus* Insistentes proposito Nostro post suffragiorum lib-  
ad Dignita- bertatem ad secundam prærogativam Nobilitati competen-  
tes & Offi- tem, videlicet aditum ad omnes dignitates & ad omnia  
cia Secularia officia ipsi soli reseratum, transimus. Ipsi soli hunc adi-  
tum reseratum dicimus, cum peregrini nullatenus admit-  
tantur. *Cassoviae* Anno 1374. LVDOVICVM R. id  
pactum esse, quod *externo Magistratum* sive honorem nullum  
conferre veler, jam monuimus. 130) Sequenti Seculo CA-  
SIMIRVS III. Anno 1454. pollicetur, cum Indigenæ pro  
suis meritis & virtutibus forensibus sint merito præferendi, quod  
Dignitates, Castellanatus & Officia in terris universis Regni Poloniæ,  
personis benemeritis, atate, intellectu & prudentia bene vigentibus  
& Indigenis distribuet, dabitque dignitatem illi personæ, quæ illius  
terræ indigena fuerit, in qua dignitas ipsa vacabit, habueritque hæ-  
reditaria ibidem bona, ut viam murmuri & displicentiis Rex præ-  
cludat. 131) Ad hæc verba notamus, quod *Terrigena*  
sive *Nobilis Polonus* natus hic intelligatur, vel ad mini-  
mum cum Indigena indistincte conjungatur. Anno 1505.  
ALEXANDER REX idem confirmavit. 132) Et SI-  
GISMVNDVS I. R. Anno 1538. Legem hanc addita  
clausula poenali Petricoviæ roboravit statuens, quod nulli  
deinceps æviterno tempore alienigenæ aliqua castra & dignitates Re-  
gni concedet, neque Successores ejus concedent. Et quicunque con-  
tra illam Constitutionem aliquod Officium seu Dignitatem obtineret,  
& monitus, quæ obinet, non resignaverit, bona ipsius confiscari &  
ipse infamis esse debeat. 133) Ne tamen in oblivionem  
venire posset sanctum, in Pactis Conventis postea omni-  
bus

130) supra §. 2.

131) Heribertus in Statutis Regni Pol. f. 142.

132) Lasco c. l. f. 118.

133) Januszovius c. l. §. 18. f. 302.

bus querelarum causis ocurrerant Poloni. Hinc HEN-  
RICVS, quem ex Gallia ad Thronum Regium advoca-  
bant Membra Reip., per Oratores suos spondebat, quod  
secum ad inhabitandum nullos peregrinos homines adducturus sit, —  
nullas etiam possessiones aut dignitates vel officia ipsis concedet, sed  
tantum Indigenis Polonis juxta Statutum Regni. 134) Hinc  
STEPHANVS Rex, quem Transsylvania generat, quod  
vacantias peregrinus tribuere nolit, promittet. 135) Hinc SI.  
GISMVNDVS III. præter Svecicum Diadema Sceptrumq;  
Polonicum gerens jam allegatis addit, quod etiam custodiā  
Corporis sui atque Præfectū Satellitū non nisi ex Indigenis Poloniae  
& M. D. L. habere velit. 136) Et ne omnium Serenissi-  
morum Poloniæ Regum Pactis allegatis Lectorem defati-  
gemus, ubivis cautum esse indicauis, quod Dignitates vel  
Officia non peregrinis, sed tantum Nobilibus Indigenis atque  
Terrigenis conferri abeant. Si itaque Extraneo Dignitatem  
Rex vel Respublica concedendam concluferat, Indigenatu-  
is prius donabatur. Exemplum habemus in Botero dicen-  
te: 137) Nuper autem Anno Salutis humanæ 1595. — a Po-  
lonorum Exercitu opera Joannis Zamoſci, Cancellarii Magni &  
Generalis Exercituum Regni Tartaris ejectis, deductus in illam  
(Moldaviam) est unus ex Indigenis illis, jure Regni Poloniae ac  
prærogativis Nobilitatis ante donatus. Indigenam hunc nomi-  
nat Pastorius, rem ipsam ita illustrans: 138) Palatinus  
Transylvaniæ nuper suo arbitrato, sed majoris authoritatis auspicio  
& Christianitatis commodum praetexens, Stephanum Radulam

E 3

impo-

134) Articuli Pactorum Conventorum Henrici R. Anno  
1573. f. 225. 226.

135) Literæ Confirmationis Stephani R. Anno 1576. f.  
255. Const. 1576. f. 277.

136) Confirmatio Pactorum Sigismundi III. R. A. 1598. f. 453.

137) In Descript. Pol. p. 2.

138) In Floro Polon. L. V. §. 11. p. 341.

imposuerat. Zamoscius antiquum Ius sui Regis vindicaturus, immisso cum valida manu Jeremia Mohila, Radulum ejecit. Piase-  
cina autem omne dubium tollit, ad Annum 1595. scribens:  
Quod Regis Poloniae nomine Palatinum Moldaviae Hieremiam  
Mohilam præficeret. (Zamoscius) 139) In Constitutione tan-  
dem reperimus, huic Jeremie Mohilae Indigenatum An. 1593.  
**& Ecclesia-  
stica.**  
collatum esse. 140) Nullatenus tamen Seculares id tantum  
Dignitates concernebat, cum Ecclesiastici honores etiam In-  
digenis ita, ut Polonis Nobilibus paterent. Nobilium hæc  
certe erat prærogativa. Nam Anno 1537. SIGISMUNDVS  
AVGVSTVS Rex consentiebat, ne plebeji in Ecclesiasticos Status  
& Dignitates admitterentur. 141) Et Constitutione Anni 1550.  
providebatur, quod Ecclesiis Cathedralibus tantum Nobiles præfice-  
rentur. 142) Ad Dignitates quoque Senatorias Ecclesiasticas  
non alii quam Nobiles admittebantur. 143) Per Confœdera-  
tionem Varsaviensem autem A. 1573. jam nomen Indigenæ ad-  
hibebatur, statuentem 144) quod omnia beneficia Juris Patro-  
natus Regii Prælaturarum Ecclesiasticarum, prouti Archi-Episcopa-  
tuum, Episcopatum non aliis denerunt quam Clericis Romanae Eccle-  
sie Indigenis Polonis juxta Statutum. Idem observamus cum A.  
1607. sanciretur, quod ad Ecclesiæ tam Cathedrales quam Colle-  
giatas, ad Canonicatus & Prælaturas non plebeji & exiguae fortis  
homines, sed tantum Nobiles ex Patre & Matre Polonis Indigenis  
Regni & Dominiorum admitterentur. 145) Si ad antiquiora tem-  
pora

139) f. 151.

140) Conſt. 1593. Art. Indigenatus Panow Wołoskich.  
f. 643.

141) Orichovius Annal. 6. p. 242.

142) f. 5. Conſt. 1576. Art. de Ecclesiis Cathedralibus  
Russiæ. f. 292.

143) Conſt. 1550. f. 7.

144) Confœderatio Gener. Varsav. A. 1573. f. 209.

145) Conſt. 1607. Art. O Dignitarzach y Beneficiach  
Duchownych. f. 836.

pora pedem referimus, clariora adhuc testimonia deprehendimus. Nam Anno 1496. JOANNES ALBERTVS R. Petricoviæ statuebat, quod in singulis Capitulis Ecclesiasticis Principalium ad Dignitates, Personatus, & Officia, ac Canonicatus & præbendas recipiantur personæ, tantummodo Regni Poloniae Indigenæ, Nobiles ex utroque parente. 146) Jam Anno 1433. VLADISLAVS JAGELLO Rex Jedlinæ Legem tulerat, quod dignitates Ecclesiasticas & Seculares, cum vacare eas contigerit, nulli Extraneo Terrigenæ, nisi Nobili benemerito, & in fama laudabiliter conservato, illius terræ, in qua dignitas hujusmodi vel honor vacaverit, Terrigenæ dabit, & quomodolibet conferet. 147) Ut autem omnem dubitationi præripiamus ansam, num dictæ Leges Indigenam creatum vel factum, an vero natum tantummodo tangant, Exempla Indigenarum, ad Dignitates admissorum, rem ipsam facilitabunt. Andreæ Cardinali Barboeo per Indigenatum accessus & habilitas ad quævis Ecclesiastica Beneficia & Dignitates Spirituales conferebatur, ita ut sententiam diceret, atque in Senatu locum Episcopatus hujus, quem occuparet, teneret. 148) Joanni Baricio, Clerico prærogativa Nobilitares per Indigenatus collationem cedebant. 149) Et Bekessius in Indigenatu accessus & habilitas ad quosvis gradus dignitatis, honoris & officiorum tam Spiritualium quam Secularium 150) concedebatur. Et sic Indigenis aditus tam ad Seculares quam ad Ecclesiasticas & Spirituales dignitates, velut secunda Nobilitatis prærogativa competit,

## §. XV.

Tertiam tandem Nobilitatis prærogativam contemplamur. Hæc in libera adquisitione bonorum immobilia seu fundorum in Republica consistebat. Habemus equidem Exem-

3. Adquisitio Bonorum immobilia.

<sup>146)</sup> Januszovius. L. II. P. 2. Tit. 2. §. 2. f. 194.

<sup>147)</sup> Idem l. supra all. f. 298.

<sup>148)</sup> v. No. 37. <sup>149)</sup> v. No. 84. <sup>150)</sup> v. No. 61.

Exempla Civium nonnullorum, quibus eadem prærogativa competit. Sic Civitati Cracoviensi, 151) & Civitatibus Prusianis 152) Bona terrestria emere permisum. Non tamen ideo ad Nobilitatem statim referentur, quibus ob tale Privilium Meritorum duntaxat eminentia tribui potest, cum reliquæ Nobilium prærogativæ deficiant. De Indigenis vero eo minus dubitare licet, quod adquisitio bonorum iis concessa sit, cum reliquæ prærogativæ jam vindicatae sint. Hic sane prolixiori demonstratione opus non erit, si tantum novemus, quod iis plane talis acquisitio demandetur. Anno enim 1662. sub poena amittendi Indigenatus expresse præcipiebatur, quod Indigenæ realem non factam possessionem sibi compararent, & proximiis Comitiis eam effectu tenerent. 153) Quod præceptum Anno 1673. ita renovabatur, ut deductio eriant possessionum requireretur. 154) Adde, quæ supra 155) jam dicta sunt. Ex iis enim elucescat, quod adquisitio Bonorum non solum licita, verum necessaria quoque fuerit. Et quomodo alias dignitatum spem haberet Indigena, cum Impossessionati in Polonia ad dignitates vix ac ne vix quidem admittantur. Ipsa itaque connexio prærogativarum hanc tertiam non producit, sed supponit prærogativam. Cum autem Nobilibus quandoque favent Leges, prout Andreas Bayer non obstante Lege de Novis Nobilibus ad omnia Jura & Privilegia Nobilitatis admittebatur, 156) eaque exemptione statim omnium Jurium capax declarabatur. Multo minus Indigenis Lex illa de novis Nobilibus obstabit, quin potius post collatum Indigenatum ad omnia confessim Jura liberum aditum habebunt.

## §. XVI.

152) Literæ Sigismundi R. de A. 1538. inter Jura Municip. Terr. Pruss. it. Conſt. 1611. Art. Miasta aby Dobr Ziemskich nie kupowały. fol. 14.

153) Conſt. 1662. O Indygenach przeszłych Seynow. f. 28.

154) v. No. III. 155) §. XII.

156) Constitut. 1672. Art. Nobilitacya Szlachetnego Andrzeja Baira Sekretarza Naszego Pisarza Starszego Skarbu Koron.

## §. XVI.

Hactenus impetracionem Indigenatus, ejusque comoda ex ipso Juris publici Polonici fonte deduximus. Cum perpetuum Jus Indigenis tribuere nequeamus, restabit ut videamus, quibus etiam modis hocce decus extingvi possit. In prærogativis determinandis Boerum secuti sumus, nunc Cromeri verba operam nostram ordinabunt. Dicit is : 157)

*Amitii Nobilitatem Decreto Principis, ob admissum dedecus, & Indigenatus atrox aliquod facinus. Contaminari etiam & abdicari quodammodo, quomodo alii quis deseritis militiae & agriculturæ studiis sordidum quæstum faci miriuntur, at arte mechanica, vel tenuiore & minitioribus mensuris ac ponderibus utente mercatura & cauponatione. Nobilem atque Indigenam ratione oneris atque commodi conjungi posse, jam multis locis ostendimus. Nec in his Cromeri verbis deficiemus. Tres hic amissionis modi adducuntur 1) Decretum Principis; 2) Admissum dedecus vel atrox aliquod facinus; 3) Sordidus quæstus. Ad primum notamus, quod, cum nihil tam naturale sit, quam eo genere quidque dissolvere, quo colligatum est, loquente JCTo, 158) non sine ratione dubitemus, num hodie solum Principis Decretum Indigenatum vel Nobilitatem tollat. Nam Indigenæ & Nobiles nunc non nisi per Constitutionem confirmantur, hinc etiam per Constitutionem decus illud ut extingvatur, necessarium existimamus. Optandum secundo esset, ut amissi Indigenatus ob admissum dedecus nullum extaret exemplum. Nolumus interea ejus expositione egregiam hujus honoris materiam concludere. Hinc tertium amissionis modum investigantes merito querimus : Num Mercatura etiam Indigenati officere possit? Integralm de hac quæstione Observationem suppeditat Lipski, 159) in qua concludit, quod sordida & quæstuosa mercatura*

F

offi-

157) in Descript. Polon. I. c. p. 192.

158) L. 35. ff. de R. J.

159) In Observatt. Pract. Cent. I. Obs. 74. p. 219. 220.

officiat. Si iis, quæ ALEXANDER R. Radomiae A. 1505. 160) declarationi suæ, quis Nobilis vocari possit, inseruit, preesse in-hæreremus, vix quæstionis hujus firma solatio sperari posset. Nominat enim Nobiles, quorum parentes non exercuerint, vel exerceant eas artes & actiones, quas communiter Cives, & qui in Civitatibus morantur, exercere solent. Cum autem Nobiles Polonoſ frumentum, aliaque quibus Bona eorum abundant, evehere quotidiana experientia doceat, eosque cerevisiam suis Diversoriis distribuere notissimum sit, tales vero actiones etiam Cives frumentum vendentes exercere videamus, illos certe, quod proprium vel in suis Bonis natum fuerit, non excusat, eadem potius actio idem judicium subibit: hinc præstat, ut sensus verborum istorum restringatur ad opificia & artes, quibus Cives in Civitatibus sibi panem quærunt. Cum enim opificium vel artem exercens Jus Civitatis assumere, vel in loco Jurisdictioni Civitatis non subjecto operam suam continuare tenetur, Nobilitatis Jure Nobilem talibus se applicantem excidere sponte fluit. Addimus præter cauponiam & bistrionicam, cum posterior in Jure Civili exhereditationem gignat: sordidus enim quæstus ita per sordidum vitæ genus comparatur, & merito Indigenatus amittitur. In his Cromerum secuti sumus. Adjicimus adhuc pauca. Est quoque amissionis modus, si Indigena, cui restrictiones aliquæ propositæ sunt, iis aut non satisficerit, aut satisfacere nolit. Circa restrictiones supra 161) citatas prolixiores esse nolumus; unicam tantummodo tangemus, scilicet quod, qui Religionis mutandæ spem dederant, nec tamen satisfecerant, Indigenatus amissionem subeant. Sic enim recentissime habemus in Constitutione novissima. 162) Ne autem in amissione Indigenatus concludamus, de restitutione duo adhuc verba addimus. Nimirum cum Nobilibus dignitas sua per

*& restitu-  
tur.*

Decla-

160) apud Januszovium. c. l. f. 197. 161) §. XII.

162) Const. 1736. Art Indygenatow y Nobilitacyi Distinctio w W. X. L. f. 115.

Declarationem, prouti *Panlo Treterę* 163) & *Dąmbrovii*  
164) factum, restituitur, idem modus sine dubio in Indige-  
natū locum habebit. Sed quæritur tamen, quid auxilii sit,  
cum Diploma Indigenatus vel fato vel vi perditum fuerit?  
Respondemus, quod novum deposeendum sit. Non sine  
Exemplo id fiet. Jam Anno 1682. *Cellario*, Diploma calam-  
itate belli per hostem ereptum, per aliud restaurandum pro-  
mittitur. 165) Et sic laborem nostrum de Indigenatu  
Polonorum exoptatus coronat

## FINIS.

163) *Const. 1659. f. 48. Art. Deklaracya Szlachectwa Vrodzonego Pawła Tetery.*

164) *Const. 1662. f. 39. Deklaracya Szlachectwa Vro-  
dzonych Dąmbrowskich.*

165) v. No. 16.



# TRINITY

1520  
1520  
1520  
1520  
1520

